

Contractas secundum formam facit diuer-
sitate[m] specificam: sed contratas secundū
materiā non facit diuer[s]itatem specificam
sed numeralem.

Corruptibile et incorruptibile plus differūt
quam genere hoc est verum genere phy-
sico non logico.

Accidens contingit esse et non esse.

Commentatoris.

Mensura cuiuslibet rei, est sui gene-
ris.

Primum in genere substantie est
primus motor qui est actus purus absq[ue]
potentia.

Undecimi metaphisice.

Omnis substantia sensibilis est mu-
tabilis.

Quecunq[ue] transmutatur habent
materiam.

Generatio fit ex ente in potentia.

Tria sunt principia rerum naturalium. scilicet,
licet materia: forma et priuatio.

Materia non fit: nec forma fit sed totū com-
positum.

As est principium in alio sed natura est prin-
cipium in seipso.

Triplex est substantia: materia forma: et com-
positum.

Nulla forma est ante materiam suam: sed q[ui]
daz post materiam. vt anima. non tamen
omnis anima. sed intellectiua.

Diuersorum diuersa sunt principia.

Motus celi est eternus.

Primus motor est actus purus sine omni
potentia. substantia sine omni accidente.
simplex sine omni compositione. immobi-
lis impassibilis et eternus.

Primis motor mouet sicut amatum et desi-
deratum.

A primo principio dependet celum et tota
natura

Speculatio est bonum et optimum acceptis-
simum et delectabilissimum

Deū dicimus esse aial sempiternū et optimū

Actio intellectus est vita.

Primus motor nullam habet magnitudinē
corporalem.

Impossibile est in magnitudine finita eē po-
tentiam infinitam.

Sellarum natura est eterna.

Impossibile est aliquas esse substantias se-
peratas nō mouentes.

Unum tantum est celum et non plures.

Primum principium nihil extra se intelligit

Inseparatis a materia idem est intellectus et
intelligibile:

Bonum vniuersi consistit in ordinatione:
quia oia ordinē habēt licet diuerso modo

Etiam bonum vniuersi consistit in primo
principio ad quod omnia ordinatur.

Entia nolunt male disponi: nec est bonū plu-
ralitas principiatū: vnus ergo princeps

Commentatoris.

Multiplicata apud Aristotelem sunt
collecta a particularibus secundum
intellectum ab intellectu qui colligit
et concepit inter ea similitudinem: et facit
ea vnā intentionem.

Natura non agit nisi mota a causis superio-
ribus que sunt deus et intelligentie.

Opus nature est opus intelligentie.

Quicquid est in materia in potentia passua
est in morte primo in potentia actiua.

Corpora celestia sunt animata et non habent
de virtutib[us] nisi intellectu aie et voluntatē.

In seperatis a materia idē est efficiēz et finis

Non est idēz quod de primo principio intel-
ligit motor saturni: cum eo quod intelligit
motor primi mobilis..

Ultima felicitas hominis est per continuatio-
nem cū intellectu seperato.

In seperatis a materia idem est disponens
et dispositum.

Omnis terminus concretus duo significat
scilicet formam et subiectum illius forme.

Scientia dei causat res: sed nostra causatur
a rebus.

Prima dispositio intelligentiarū consistit
in mouendo: vnde si aliqua esset non mo-
uens illa esset ociosa.